Digitized by Google

BIBLIOTH. PUBL. GANDAV. D.D.F. V. HAEGHEN

UNIVER T

Digitized by Google



Digitized by Google




Digitized by Google

NOBILI AC ILLUSTRI DOMINO

# D. CAROLO PHILIPPO

# DE RODOAN

DOMINO DE BIEZE, BERLEGHEM, WOLFPHANGHEN, IONCHAUT &c.

## CONFRATERNITATIS S. BARBARÆ VIRGINIS ET MARTYRIS

*Cultori ac Patrono ſingulariſsimo*

PERILLUSTRIS DOMINE

Dudum mihi perſpicua fuit D. T. erga BB. V. ac Martyrem BARBARAM devotio non mediocris: quam ut foverem & Tuo ex pectore ad alios utiliter derivarem; has ad ipſam ex vita ac morte eius diſtributas in Canonici forma officii præcatiunculas; Nominis Tui illuſtratas claritate, Tuâ commendatas pietate, ac ſollicitudine Tua Tuiſque ſumptibus, prælo in lucem editas

Per-

Digitized by Google

Perilluſtri D. T. dicatas, ſacraſque volui. Sit obſecro Amici Tui munuſculum hoc Tibi oblatum, grati animi mei ſymbolum; ſit Tua in SS. periclitantis ſalutis Patronam devotio, deſideratæ opitulationis arrha; ſit Tua in humiles B. BARBARÆ Clientes, eiuſque Sodalitii Confratres Tuos, libelli huius oblatione teſtata charitas, unanimis ac novæ Sacrorum Confratrum in promovenda erga SS. BARBARAM devotione conſpirationis incentivum: ut eius efficaci merito à piâ BARBARA ſuppliciter impetratâ (cui porrigendæ fidelibus ſibi devotis in ſupremi anguſtia periculi poſitis Patronam præfecit Deus) *Sacramentalis Pœnitentiæ Tabulâ* (1.) ſecuri & ſalvi omnes vitæ huius mortalis periculis plenum pelagus enavigantes, ad æternum ſalutis portum fæliciter appellere valeatis. Ita apprecatur

NOBILIS AC PERILLUSTRIS D. T.

*Humilis ſervus*

**F. I. T. R.**

*(1.) C. Trid. ſeſſ. 14. Can. 2.*

Digitized by Google

# AD MATUTINUM.

AUxilium meum a Domino
per te pia Barbara Virgo.

DOmine labia mea apperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen. Alleluia.

*Cujus loco a Septuageſima uſque ad Paſcha dicitur*

Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

HYMNUS

SPonſam Chriſti egregiam,
Barbaram afflixit,

Pater

Pater Idololatra,
Domique reclusit,
Mortem, pœnas, verbera
Illi præparavit,
Niſi Ieſum reſpuat
Sponſum, quem amavit.

ANTIPHONA

Ave ſancta Barbara, per ſuaviſſimum Cor Ieſu Chriſti tui dilectiſſimi Sponſi.

VERSUS.

Ora pro nobis ſancta Virgo BARBARA.

RESPONSORIUM.

Ut digni efficiamur Chriſti Ieſu gratia.

OREMUS,

INterceſſio quæſumus Domine, beatæ BARBARÆ Virginis & Martyris tuæ, ab omni

peſte,

peſte, improviſa morte, & adverſitate nos protegat, ut per ejus interventum, glorioſiſſimũ ſacroſancti corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti Sacramentum ante diem exitus noſtri poſt veram pœnitentiã, & puram confeſſionem percipere mereamur. Per eumdem Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

## AD PRIMAM.

AUxiliũ meum a Domino, per te pia Barbara Virgo, Deus in adjutorium meum

intende: Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, ſicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

HYMNUS.

IMpavida Præſidi
Virgo præſentatur,
Voce Patris perfidi
Inſons accuſatur,
Blaſphemorum miſera
Morte moriatur,
Dixit, ne injuria
Diis inferatur.

ANTIPHONA.

Ave ſancta Barbara per ſuaviſſimum Cor Ieſu Chriſti tui dilectiſſimi Sponſi.

VER-

Digitized by Google

VERSUS.

Ora pro nobis ſancta Virgo Barbara.

RESPONSORIUM

Ut digni efficiamur Chriſti Ieſu gratia.

[library stamp]

OREMUS.

INteroeſſio quæſimus Domine, beatæ BARBARÆ Virginis & Martyris tuæ ab omni peſte, improviſa morte, & adverſitate nos protegat, ut per ejus interventũ, glorioſiſſimũ ſacroſancti corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti Sacramentum ante diem exitus noſtri, poſt veram pœnitentiã, & puram confeſſionem percipere mereamur. Per eumdem Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum

ſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

## AD TERTIUM.

AUxilium meum a Domino per te pia Barbara Virgo.

Deus in adjutoriũ meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, &c. Alleluia.

### HYMNUS.

A Præſide ducitur
Ad locum pœnarum.
Turpiter illuditur,
Turba impiorum,

Audit teſtimonium
Iudicis amarum,
Contra Dei Filium,
Sponſum ſibi charum.

ANTIPHONA.

Ave ſancta Barbara per ſuaviſſimum Cor Ieſu Chriſti tui dilectiſſimi Sponſi.

VERSUS.

Ora pro nobis ſancta Virgo Barbara.

RESPONSORIUM.

Ut digni efficiamur Chriſti Ieſu gratia.

OREMUS.

INterceſſio quæſimus Domine, beatæ BARBARÆ Virginis & Martyris tuæ, ab omni peſte, improviſa morte & adverſitate nos protegat, vt per e-

jus interventum, glorioſiſſimũ ſacroſancti corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti Sacramentum ante diem exitus noſtri, poſt veram pœnitentiã, & puram confeſſionem percipere mereamur. Per eumdem Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

## AD SEXTAM.

Auxilium meum à Domino per te pia Barbara Virgo.

Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri,

&

& Filio, &c. Alleluia.

HYMNUS.

Virgo nuda impie
Paſo alligatur,
Cæſa loris corpore
Toto laceratur,
Cilicino tegmine
Dirè confricatur,
Sed plagis in carcere
A Chriſto ſanatur.

ANTIPHONA.

Ave ſancta Barbara per ſuaviſſimum Cor Ieſu Chriſti tui dilectiſſimi Sponſi.

VERSUS.

Ora pro nobis ſancta Virgo Barbara.

RESPONSORIUM.

Ut digni efficiamur Chriſti

✠

Ieſu gratia.

OREMUS.

INterceſſio quæſimus Domine beatæ BARBARÆ Virginis & Martyris tuæ, ab omni peſte, improviſa morte, & adverſitate nos protegat, ut per ejus interventum, glorioſiſſimum ſacro-ſancti Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti Sacramentum ante diem exitus noſtri, poſt veram pœnitentiam, & puram confeſſionem percipere mereamur. Per ~~Chriſtum~~ eundem Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorũ Amen.

AD.

Digitized by Google

## AD NONAM.

AUxiliũ meum a Domino per te pia Barbara Virgo.

Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandũ me feſtina. Gloria &c. Alleluia.

### HYMNUS.

IUſſu Patris Barbaræ
Latera ſulcantur
Pectinibus ferreis:
Membraque cremantur:
Os & caput malleis
Graviter tunduntur,
Cultroque immaniter
Ubera ſcinduntur.

### ANTIPHONA.

Aue ſancta Barbara per ſuaviſſimum Cor Ieſu Chriſti tui dilectiſ-



Digitized by Google

dilectiſſimi Sponſi.

VERSUS.

Ora pro nobis ſancta Virgo Barbara.

RESPONSORIUM.

Ut digni efficiamur Chriſti Ieſu gratia.

OREMUS.

INterceſſio quæſimus Domine, beatæ BARBARÆ Virginis & Martyris tuæ ab omni peſte, improviſa morte & adverſitate nos protegat; ut per ejus interventum, glorioſiſſimum ſacroſancti Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti Sacramentum ante diem exitus noſtri, poſt veram pœnitentiam & puram confeſ-

ſionem

ſionem percipere mereamur. Per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium tuum qui tecũ vivit & regnat in unitate Spiritus S. Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

## AD VESPERAS.

AUxiliũ meum a Domino per te pia Barbara Virgo. Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, &c. Alleluia.

### HYMNUS.

RUrſus flagris acriter
Cæditur Barbara,
Per plateas ducitur

 nuda

XIV
Nuda, ſed mox clara
Stola Dei tegitur,
Pater furit ira,
Hanc perimit gladio,
Fit Martyr præclara.

ANTIPHONA.

Aue ſancta Barbara per ſuaviſſimum Cor Ieſu Christi tui dilectiſſimi Sponſi.

VERSUS.

Ora pro nobis ſancta Virgo Barbara.

RESPONSORIUM.

Ut digni efficiamur Christi Ieſu gratia.

OREMUS.

INterceſſio quæſumus Domine beatæ BARBARÆ Virginis & Martyris tuæ, ab omni

peste

peſte, improviſa morte, & adverſitate nos protegat, ut per ejus interventum, glorioſiſſimum ſacro-ſancti Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti Sacramentum ante diem exitus noſtri poſt verá pœnitentiam & puram confeſſionem percipere mereamur. Per eumdẽ Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

## AD COMPLETORIUM.

AUxiliũ meum a Domino per te pia Barbara Virgo.

Con-

Converte nos Deus ſalutaris noſter: & adverte iram tuam a nobis.

Deus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, &c. Alleluia.

HYMNUS.

A Chriſti fidelibus
Tumulatur Barbara
Filia Dioſcori,
Sponſa Ieſu chara,
Anima protegitur
Divina ſub cura,
Genitor comburitur
Iuſta Dei ira.

ANTIPHONA.

Ave ſancta Barbara per ſuaviſſimum Cor Ieſu Chriſti tui

dilectiſſimi

Digitized by Google

dilectiſſimi Sponſi.

VERSUS.

Ora pro nobis ſancta Virgo Barbara.

RESPONSORIUM.

Ut digni efficiamur Chriſti Ieſu gratia.

OREMUS.

INterceſſio quæſumus Domine beatæ BARBARÆ Virginis & Martyris tuæ ab omni peſte, improviſa morte & adverſitate nos protegat, ut per ejus interventum, glorioſiſſimum ſacroſancti Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti Sacramentum ante diem exitus noſtri poſt verâ pœnitentiam, & puram confeſſio-

nem

nem percipere mereamur. Per eumdẽ Dominum noſtrũ. &c.

RECOMMENDATIO.

HAs horas Canonicas
Barbara benigna
Fero tibi debitas
Ut a repentina
Morte me cuſtodias
Malaque ruina
Et facie facias
Nos perfrui divina. Amen.

## Litaniæ de eadem S. BARBARA.

KYrie eleyſon.
Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos.



Digitized by Google

Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis Deus. Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus. Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus. Miſerere nobis.
S. Trinitas unus Deus. Miſ.
Sancta Maria.
Sancta Dei genitrix.
Sancta Virgo Virginum.
Mater Chriſti.
S. Barbara amica Dei Patris
S. Barbara Virgo Dei Filij.
S. Barbara ſponſa Spiritus Sancti.
S. Barbara Virgo & Martyr
S. Barbara amatrix caſtitatis
S. Barbara amatrix S. fidei.

ORA PRO NOBIS.

S. Bar-

S. Barbara amatrix ſolitudinis.
S. Barbara amatrix omnium virtutum.
S. Barbara triumphatrix carnis.
S. Barbara triumphatrix tẽtationum diabolicarum.
S. Barbara cõſolatrix chriſtianorum.
S. Barbara auxilium in articulo mortis.
S. Barbara refugium uſque ad mortem famulorum, famularumque tuarum.
S. Barbara quæ pro ſancta fide horrendam mortem pertuliſti.
S. Barbara Martyr, cujus

ORA PRO NOBIS.

ſanc-

Digitized by Google

ſanctum Corpus faculis exuſtum eſt.

S. Barbara cujus ubera abſciſſa ſunt.

S. Barbara cujus ſacrum caput malleis percuſſum eſt.

S. Barbara cujus ſacrũ corpus aculeis ferreis excarnificatum eſt.

S. Barbara a proprio patre morti adjudicata.

S. Barbara Virgo a proprio Patre decollata.

S. Barbara per pœnam, dolorẽ, & ſanctam mortem tuam. Te rogamus ne nos mori permittas ſine prævia confeſſione.

O Ieſu Agnus Dei qui tollis pec-

ORA PRO NOBIS.

Digitized by Google

peccata mundi, ſponſæ Patronæ noſtræ Barbaræ.

Parce nobis per interceſſionẽ illius, nec nos mori permittas ſine prævia confeſſione.

O Ieſu Agnus Dei qui tollis peccata mundi, per aſcerbiſſimas quas pro te paſſa eſt, pœnas.

Exaudi nos per interceſſionẽ ipſius, rogãtes ne nos mori permittas niſi prævia confeſſione.

O Ieſu Agnus Dei qui tollis peccata mũdi, per aſcerbiſſimam quam pro nomine tuo paſſa eſt mortem.

Miſerere nobis. Nec nos mori permittas ſine prævia confeſ-

feſ-

feſſione.

VERSUS.

O Ieſu exaudi Orationem noſtram.

RESPONSORIUM.

Per interceſſionem ſanctæ BARBARÆ.

OREMUS.

O Sancta Virgo & Martyr BARBARA, adeſto mihi, quæſo, in fine vitæ meæ, quatenus ſine prævia confeſſione non moriar, ſed antequam ex hoc mundo emigret anima mea, impetra mihi a Deo omnipotente, ut ea prævia confeſſione

Digitized by Google

feſſione purgetur, & ſanctiſſima Euchariſtia muniatur, & nos Famuli & Famulæ tuæ ex hoc mundo migrantes digni inveniamur æterna beatitudine frui, & congloriari tibi in æternum. Amen.

Approbavit I. G. L. C.





Digitized by Google